BIBLIOTHECA RHETORUM.

PARTIS PRIMÆ,

QUÆ

Oratoriam Facultatem complectitur,

TOMUS TERTIUS;

IN QUO

CAUSÆ FORENSES, LIBER EPISTOLARUM, LIBER FABULARUM, ET ORATIUNCULÆ.

AUCTORE

P. GAB. FRANC. LE JAY,

E SOC. JESU.

Excuſa Pariſiis Anno M. DCC. XXV.

Recuſa Monachij Anno M. DCC XXX.

SUPERIORUM PERMISSU.

Et Privilegio Cæſareo.

INGOLSTADII,

Sumptibus Viduæ JO. ANDR. de la HAYE,

Bibliopolæ Academici.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

FACULTAS
R. P. PROVINCIALIS
Cum Privilegio Cæſareo.

CUm D. Joannis Andreæ de la Haye, Bibliopolæ Academici Ingolſtadienſis, Vidua Typis iteratò vulgare deſideret ex Bibliotheca Rhetorum P. Gabrielis Franciſci le Jay Societatis Noſtræ Sacerdotis Tomum, qui complectitur Cauſas Forenſes, Librum Epiſtolarum, Fabularum, & Oratiunculas: Ego Jacobus Unglert Societatis JESU per Germaniam Superiorem Præpoſitus Provincialis, poteſtate ad id mihi fa-

CAUSÆ FORENSES.
CÆTEROS INTER GALLIÆ POPULOS QUIS FERRE PRIMAS DICENDUS SIT?
CAUSA PRIMA.
In Genere Deliberativo.

ARGUMENTI EXPLICATIO.

Certatur inter præcipuos Galliæ Populos de Provinciæ, quam quiſque Patriam agnoſcit, excellentiâ. Cauſa defertur ad Judices, apud quos ſinguli pro Gente ſuâ diligenter perorant.

ACTORES.

VASCO.
AREMORICUS.
NORMANNUS.
PARISINUS.
PICARDUS inexpectatus & improviſus Interceſſor.
JUDEX.

VASCO.

AMbulanti mihi nuper cum quibuſdam è coætaneis meis ſermo fortè incidit, de Provinciæ, quam quiſque patriam agnoſceret, excellentiâ, & gravis deinde orta controverſia eſt.